

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Martini Chemnitii, Doctoris Theologi celeberrimi, Harmonia Quatuor Evangelistarum

Quam ab Eodem feliciter inchoatam ... D. Polycarpus Lyserus, et D.
Johannes Gerhardus, ... Is quidem continuavit, Hic perfecit ; Opus
Eruditionis Stupendæ, Orthodoxorum consensu approbatum, idemque tot
Eruditorum desideriis adhuc expetitur

**Chemnitz, Martin
Leyser, Polycarp
Gerhard, Johann**

Hamburgi, MDCCIII

VD18 90617681

Caput LXXXIX. Continens Historiam Sanati Lunatici, Qvem Discipuli Non
Poterant Sanare. Matth. 17. v. 14. Marc. 9. v. 41. Luc. 9. v. 37.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18203

ptoris auctoritatem in Ecclesia non esse tantam, ut dogmata contra Scripturam reliquam sancire possit. Adhæc, quod in vulgata versione plus additum sit, quam in Græco habeatur. Hujus ergo dictum suo loco relinquimus. In Apocalypsi autem neque Henochi neque Helia: mentio fit vel verbulo: sed est purum putum figmentum Pontificiorum. Quod autem Apoc. 11. dicitur de duobus testibus Dei, qui etiam grassante idolomania Antichristi sive Papatus non conticescent, illud intelligendum est de duobus Veteris & Novi Testamenti codicibus, testimonium veræ doctrinæ Christianæ perhibentibus. Hi omni tempore in Ecclesia sonuerunt & auditi sunt, veruntamen saccis amicti. Sacci sunt pericula, adversitates & afflictiones, quibus ipsa Scriptura & ejus Doctores involvuntur & quasi amiciuntur. Adversus hos duos testes, hęc est, Scripturam & ejus defensores, Antichristus Romanus immanem persecutionem dudum excitavit, & ipsam Scriptu-

ram cum omnibus ejus assertoribus tantum non extinctam cupit. Sed Deus hosce duos testes rursus vivificat, hoc est, gratiam largitur, ut quo plus Papa fremit & tumultuatur, eo plus Scriptura & viva voce & commentariis illustretur, in plures regiones disseminetur, sicque de Antichristo ipso tantum non triumphet. Ex his patet, quantum Traditione illi Pontificiorum tribuendum sit, utcunque ea Patrum auctoritate sit firmata, pontificiis interim hæc Traditio tantum prodest, quantum Judæis ipsa proderat. Nimirum facit ad alendam securitatem in hominibus, de secundo adventu Christi & novissimo die. Ut enim Scribæ causati sunt, Jesum non esse pro Messia recipiendum: quia Helias Thesbires nondum venerat. Sic Pontificiis excipere possibiles, non dum minare novissimum diem: siquidem Henoch & Helias nondum comparuerint. Sed quando dixerint pax & securitas; tunc repentinus eis superveniet interitus. 1. Thess. 5. v. 2.

CAPUT LXXXIX.

CONTINENS HISTORIAM SANATI LUNATICI, QVEM DISCIPULI NON POTERANT SANARE. MATTH. 17. v. 14.

MARC. 9. v. 41. LUC. 9. v. 37.

RATIO ORDINIS



Ratio hic quoque manifestus est. Postquam enim præcedentia in itinere gesta erant, mox *ἐν τῇ ἐξῆς ἡμέρᾳ, sequenti die*, post Transfigurationem CHRISTI in monte, facta est historia de sanato Lunatico, & quæ illi annexa sunt. Pulchrè autem ordo cohæret. Hactenus enim aliquoties audivimus, quod semper post concionem vel historiam aliquam insignem, ea, quæ sequuntur, sint explicatio præcedentium. Sic in Transfiguratione Christus ostendit, totam plenitudinem divinitatis & omnes thesauros cœlestium bonorum in se habitare. Sed in quem finem? Non ut easē coram hominibus inaniter o-

stentet, sed ut ea abscondita, humano generi, quod à Diabolo oppressum erat, nec seipsum liberare poterat, (ut in Lunatico apparet) succurreret. Simul etiam in hac historia ostenditur causa: qui fiat, quod ex illa plenitudine quidam parum, quidam nihil accipiant, & tantum aliqui ea fruuntur ad salutem. Nimirum ex diversitate fidei & incredulitatis, Credentibus nihil est impossibile: increduli autem sibi ipsis ponunt obicem, ne quicquam beneficiorum Christi ad ipsos deriveret. Rideant ergo Pontifici nos Lutheranos, propterea quod fidem tantopere celebremus, quamdiu voluerint: certè Christus in hac historia fidei omnia, incredulitati nihil, tribuit.

CHRISTUS DÆMONIUM E LUNATICO EJICIT QVOD APOSTOLI EJICERE NON POTERANT.

MATTH. 17.

- 14. Καὶ ἐλθόντων αὐτῶν πρὸς τὸ ὄχλον, προσήλθεν αὐτῷ ἄνθρωπος ὁ πρὸς γονυπέτων αὐτοῦ.
- 15. Καὶ λέγων· κύριε ἐλέησόν με· τὸ υἱὸν Ἰησοῦ σαλευνά; εταί καὶ κακῶς πάσχει. Πολλὰκις γὰρ πίπτει εἰς τὸ πῦρ, καὶ πολλὰκις εἰς τὸ ὕδωρ.
- 16. Καὶ πρὸς αὐτὸν λέγοντα αὐτὸν οἱ μαθηταὶ λέγε, ἵνα ἡδυνήσωμεν αὐτὸν θεραπεύσαι.
- 17. Ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν· ὦ υἱεῖ ἀπίστου· καὶ διεπραμμένῃ, εὖς πότε ἔσομαι μετ' ὑμῶν; εὖς πότε ἀνοήσομαι ὑμῶν; Φέρετε μοι αὐτὸ ἴδε.
- 18. Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐξῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ τὸ δαιμόνιον, καὶ ἐθεραπεύθη ὁ πῦρς ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης.

- 14. Et cum venissent ad urbem, accessit ad eum homo quidam, flectens genua illi.
- 15. Dicensq;· Domine, miserere filii mei, quoniam lunaticus est, & misere affigitur: nam sæpe cadit in ignem, & sæpe in aquam.
- 16. Et obruli eum discipulis tuis, nec poruerunt eum sanare.
- 17. Respondens autem Iesus dixit: O natio incredula & distorta: quousq; tandem ero vobiscum? usq; quando pariar vos? Adducite illum huc.
- 18. Et increpavit illud Iesus, & exiit ab eo dæmonium, & sanatus est puer à tempore illo.

19. Τίτε

- 19. Τότε προσελθόντες οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ καὶ ἰδόντες αὐτὸν εἶπον· Δὲ τί ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτόν;
- 20. Ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Δὲ τί ἡ ἀπιστία ὑμῶν. Διὸ λέγω ὑμῖν, ἐὰν ἐρχήτε πίστιν ὡς κοκκὸν σιναπίδος, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τὸ γέτω, μεταβήθι ἐντεῦθεν ἐκεῖ, καὶ μεταστήσεται. Καὶ ἅδεν ἀδύνατος ὑμῖν.
- 21. Τὸ γὰρ τὸ ἅγιον οὐκ ἐκπαρένεται, εἰ μή ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ.

- 19. Tunc accedentes discipuli ad Iesum seorsim, dixerunt: Quare nos non potuimus eicere illud?
- 20. Iesus autem dixit illis: Propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis, si habeatis fidem, sicut granum sinapis, dicetis monti huic, demigra hinc illuc, & demigrabit, nec quicquam impossibile erit vobis.
- 21. Sed hoc genus non egreditur nisi per deprecationem & jejunium.

MARC. 9.

- 14. Καὶ ἐλθὼν πρὸς τοὺς μαθητὰς, εἶδεν ὄχλον πλὴν παρὰ αὐτοὺς, καὶ γραμματεῖς συζητοῦντας αὐτοῖς.
- 15. Καὶ εὐθέως πᾶς ὁ ὄχλος ἰδὼν αὐτὸν, ἐξεθαμβήθη, καὶ προσερχόντες ἥπαζον αὐτόν.
- 16. Καὶ ἐπηρώτησε τοὺς γραμματεῖς· τί συζητεῖτε πρὸς αὐτόν;
- 17. Καὶ ἀποκριθεὶς εἰς ἓν τῶν ὄχλου, εἶπε διδάσκαλε, ὡς ἔγωγε τὸν υἱόν μου πρὸς σε, ἔχοντα πνεῦμα ἀλαλού.
- 18. Καὶ ὅτε αὐτὸν κατέλαβον, ἤρσεν αὐτόν, καὶ ἀφελθεῖν αὐτὸν ἐξ ὀδόντων αὐτοῦ, καὶ ἔξηρανται. Καὶ εἶπεν τοῖς μαθηταῖς ὅτι, ἵνα αὐτὸ ἐκβάλωσι, καὶ οὐκ ἴσχυουσιν.
- 19. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς αὐτῷ λέγει, ὡς ἔγωγε ἀπίστους, ἕως πότε πρὸς ὑμᾶς εἰσέρχομαι; ἕως πότε ἀνέχομαι ὑμῶν; Φέρετε αὐτὸν πρὸς μέ.
- 20. Καὶ ὡς ἔλεγε αὐτὸν πρὸς αὐτόν, καὶ ἰδὼν αὐτόν, εὐθέως τὸ πνεῦμα ἐσπάρσεν αὐτόν. Καὶ πεσὼν ὅππῃ τὸ γῆς, ἐκυλίετο ἀφελθών.
- 21. Καὶ ἐπηρώτησε τὸν πατέρα αὐτοῦ τὸ πῶς ἔσται αὐτῷ, ὡς τὸ γέγονεν αὐτῷ; ὁ δὲ εἶπε, παιδίον.
- 22. Καὶ πολλοὶ αὐτὸν καὶ εἰς πύρρον ἐβαλε καὶ εἰς ὕδατα, ἵνα ἀπολέσῃ αὐτόν; ἀλλ' εἰ ἡ δύναμις, βοηθήσον ἡμῖν ἀπὸ πανταχόθεν ἐφ' ἡμᾶς.
- 23. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, ὅτι εἰ δύνασαι πιστεῦσαι, πάντα δύναται τῷ πιστεύοντι.
- 24. Καὶ εὐθέως κραξάσας ὁ πατήρ τῷ παιδίῳ, καὶ δακρύων ἔλεγε· πνεῦμα κυρίου, βοήθει με τῇ ἀπιστίᾳ.
- 25. Ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ὀπίσσω τρεῖς ὄχλοι, ἐπετίμησεν ἃ πνεῦμα κατὰ τὸ ἀκαθάρτου, λεγὼν αὐτοῖς· Ὁ πνεῦμα ἀλαλόν καὶ κωφόν, ἐγὼ σοὶ ἐπιτάσσω, ἐξέλθε ἐξ αὐτοῦ, καὶ μηκέτι εἰσελθῆς εἰς αὐτόν.
- 26. Καὶ κραξάσας, ὁ πᾶσα σπάρσεν αὐτόν, ἐξήλθε. Καὶ ἔθηκε ὡς νεκρός, ὡς πολλὰς λέγειν, ὅτι ἀπέθανεν.
- 27. Ὁ δὲ Ἰησοῦς κρατήσας αὐτόν τὸ χεῖρὸς, ἤγειρεν αὐτόν, καὶ ἀνέστη.
- 28. Καὶ εἰσελθόντα αὐτόν εἰς οἶκον, οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπηρώτων αὐτόν κατὰ ἰδίαν, ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτόν;
- 29. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς τὸ ἅγιον ὅτι ἅδεν δύναται ἐξελθεῖν, εἰ μή ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ.

- 14. Et cum venisset ad discipulos suos, videt turbam multam circum illos, & Scribas disputantes cum eis.
- 15. Et protinus universa turba, cum vidisset eum, obstupuit, & accurrentes salutaverunt eum.
- 16. Et interrogavit Scribas, quid disputatis inter vos?
- 17. Et respondens unus e turba, dixit: Præceptor, adduxi filium meum ad te, habentem spiritum mutum.
- 18. Et quandoq; eum corripuerit, lacerat eum, atq; ille sputat, ac stridet dentibus suis, & arefcit, & dixit discipulis tuis, ut eicerent, & non potuerunt.
- 19. At ille respondens ei, dicit: O natio incredula, quousq; apud vos ero? quousq; patiar vos? Adducite illum ad me.
- 20. Et adduxerunt illum ad eum. At viso illo, continuo spiritus discernebat eum, & prolapsus in terram, volubatur sputmans.
- 21. Et interrogavit patrem illius: quantum temporis est, quod hoc accidit ei? At ille dicit: à puero.
- 22. Et frequenter illum & in ignem abiecit, & in aquas, quo perderet eum. Age, si quid potes, subveni nobis, misertus nostri.
- 23. Iesus autem dixit ei: Illud, si potes credere, omnia possibilia credenti.
- 24. Et confestim exclamans pater pueri, cum lacrymis dixit, credo Domine, succurre incredulitati mee.
- 25. Cum vidisset autem Iesus, quod turba simul accurreret, increpavit spiritum immundum, dicens illi: Spiritus mure & sorde, exi tibi impero, exi ab eo, & ne posthac ingrediaris in illum.
- 26. Et cum clamasset, multumq; discerpisset eum, exiit, & factus est tanquam mortuus, adeo ut multi dicerent, mortuus est.
- 27. At Iesus correpta manu illius, erexit eum, & surrexit.
- 28. Et cum esset ingressus domum, discipuli illius interrogabant eum seorsim: Cur nos non quivimus eicere illum?
- 29. Et dicit illis: Hoc genus nulla re potest exire, nisi per deprecationem & jejunium.

LUC. 9.

- 37. Ἐγένετο ἡ δὲ τῆς ἑξῆς ἡμέρας, κατελθόντων αὐτῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους, συνήλθεν αὐτῷ ὄχλος πλὴν.
- 38. Καὶ ἰδὼν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὄχλου αἰεθίς τις, λέγων διδάσκαλε, δεομαι σοῦ, ὅπως βλεψόν ὅππῃ τοῦ υἱοῦ μου, ὅτι μοι ὄφθη δέ μοι.
- 39. Καὶ ἰδὼν πνεῦμα λαμβάνει αὐτόν, καὶ ἐξαφίης κραξάσας,

- 37. Factum est autem in sequenti die, descendantibus illis de monte, occurrit illi turba multa.
- 38. Et ecce vir de turba exclamavit dicens: Magister, obsecro te, respice ad filium meum, quia unicus est mihi.
- 39. Et ecce Spiritus apprehendit eum, & subito cla-



καὶ σὺ δόσεις αὐτὸν μὲν ἀφ' ἑσέ, καὶ μόλις ἀποχωρεῖ ἀπ' αὐτοῦ, σωτρίβον αὐτόν.

mat, & discerpit eum cum spuma, & vix abscidit ab eo, dilanians eum.

40. Καὶ ἐδεήθη τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, ἵνα ἐκβάλλωσιν αὐτόν, καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν.

40. Et rogavi discipulos tuos, ut egerent illum, & non potuerunt.

41. Ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν ὡς ἔμελλε ἀπεστραμμένη, ἕως ποτε ἔσομαι πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἀνεξομαμμένων, ὡς ἔραρα ὡς τὸν υἱὸν αὐτοῦ.

41. Respondens autem Jesus, dixit : O natio infidelis & perversa usquequo ero apud vos, ac patiar vobis Adhuc huc filium tuum.

42. Ἐπὶ τῷ προσερχομένῳ αὐτῷ ἐρρήξεν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον, καὶ συνεσπάρραξεν. Ἐπετίμησε ὁ Ἰησοῦς τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ, καὶ ἰάσατο τὸν παῖδα, καὶ ἀπέδωκεν αὐτὸν τῷ πατρὶ αὐτοῦ.

42. Cum adhuc autem accederet, laniavit illum demonium, & dissipavit. Increpavit autem Jesus spiritum immundum, & sanavit puerum, & reddidit illum patri suo.

43. Ἐξεπλήσθησαν ὅ πάντες ἵπτι τῇ μεγαλειότητι τοῦ θεοῦ.

43. Stupebant autem omnes super magnificentia Dei.

HARMONIA HISTORIÆ SANATI LUNATICI, EX NARRATIONE TRIUM EVANGELI STARUM.

Ἐρχόμενος ὁ κύριος ἐν τῇ ἐξῆς ἡμέρᾳ, καταβάντων αὐτῶν ἀπὸ τῶν ὄρεων, β καὶ ἐλθόντων πρὸς τοὺς μαθητάς, εἶδεν ὄχλον πρὸς αὐτούς, καὶ γραμματεῖς συζητῶντας, αὐτοῖς. Καὶ ἐθέλων πᾶς ὁ ὄχλος ἰδὼν αὐτόν, ἐξεθαύμασθη, καὶ σιωπήσασκεν αὐτῷ ὅτι οὐκ ἔδειξεν αὐτὸν ὁ πατήρ. α καὶ ἐλθόντων αὐτῶν πρὸς τὸν ὄχλον, ἐπηρώτησε τοὺς γραμματεῖς τί ὑμεῖς ζητεῖτε πρὸς αὐτόν; ἡ καὶ ἰδὼν αὐτὸν ἄνθρωπος τῶν ὄρεων λέγων αὐτῷ, β δασκάλε, ἴσως γὰρ τὸν υἱὸν σου εἶδον, ἔχοντα πνεῦμα ἀγαθόν. γ δασκάλε, δεόμεθα σε, ἐπίβλεψον ἵπτι τὸν υἱόν σου, ὅτι μονογενὴς υἱὸς μοι. α ἐλέησον με τὸν υἱόν σου, ὅτι σελήνη ἐγενήθη καὶ κακῶς πάσχει. Πολλὰ γὰρ πῖπται εἰς τὸ πῦρ, καὶ πολλὰ εἰς τὸ ὕδωρ. γ καὶ ἰδὼν πνεῦμα λαμβάνει αὐτόν, β καὶ ὅπως αὐτὸν καταβάντων ἠρώτησε αὐτόν, β ἐξαιφνης κραζέει, καὶ σπαρασσάμενος αὐτὸν μὲν ἀφ' ἑσέ, β καὶ ἀφ' ἑσέ, καὶ τρεῖς αὐτὸν ὀδόντας αὐτοῦ, καὶ ἐξομαμμένων. γ καὶ μόλις ἀποχωρεῖ ἀπ' αὐτοῦ, σωτρίβον αὐτόν. α καὶ προσλέγοντα αὐτόν τοῖς μαθηταῖς σου, γ ἐδεήθη τῶν μαθητῶν σου, β καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν, ἕως ἵνα ἀνεξομαμμένων αὐτόν ἵπτι τῆρα πεύσει. γ Ἀποκριθεὶς ὁ κύριος αὐτῷ εἶπεν ὡς ἔμελλε ἀπεστραμμένη, ἕως ποτε ἔσομαι μεθ' ὑμῶν; γ καὶ ἕως ποτε ἀνεξομαμμένων ὑμῶν; φέρετε α μοὶ ε αὐτὸν υἱόν σου ὡς ἔραρα ὡς τὸν υἱόν σου. καὶ ἴσως αὐτόν πρὸς αὐτόν γ εἶπεν ὁ κύριος προσερχομένῳ αὐτῷ, β ἰδὼν αὐτόν, ἐθέλων ἐρρήξεν αὐτόν τὸ δαιμόνιον, καὶ συνεσπάρραξεν, β αὐτόν καὶ πεσὼν ἐπὶ τῆ γῆς, ἐκυλίετο ἀφ' ἑσέ. καὶ ἐπηρώτησε τὸν πατέρα αὐτοῦ, ὡς ἔραρα ἵπτι τὸν υἱόν σου, ὡς τὸ γέροντος αὐτοῦ; ὁ δὲ εἶπε, παῖδά σου, καὶ πολλὰ αὐτὸν καὶ εἰς πῦρ ἔβαλε καὶ εἰς ὕδατα, ἵνα ἀπολέσῃ αὐτόν, ἀλλ' εἰ π δύνασαι, βοηθήσον ἡμῖν σπλαγχνιθεὶς εἰς ἡμᾶς. ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ ἵπτι ὅτι πάντα δυνατὰ τῷ πνεύματι. καὶ ἐθέλων κραζέει ὡς πατήρ εἰς παῖδά σου, μὲν δακρυῶν ἔλεγε, πνεῦμα, κυριε, βοηθή μου τῆ ἀπιστία. ἰδὼν ὁ κύριος, ὅτι ἐπὶ σωτρίβον αὐτόν, γ ἐπετίμησε τῷ πνεύματι ἀκαθάρτῳ,

C Factum est autem in sequenti die, cum descenderent de monte, b Et cum venissent ad discipulos suos, vidit turbam multam circum illos, & Scribas disputantes cum eis. Et protinus universa turba cum vidisset eum, obstupuit, (&) occurrit illi turba multa, b & accurrentes salutaverunt eum. a Et cum venissent ad turbam, h interrogavit Scribas, quid disputatis inter vos? h Et ecce a accessit ad eum homo quidam h de turba, a flectens genua illi, b respondens c exclamavit, f dicens : a Domine, b Praceptor, adduxi filium meum ad te, habentem spiritum mutium, c Magister, obsecro te, respice ad filium meum, quia unicus est mihi : Misere fili mei, quoniam lunaticus est, & misere affigitur. Nam saepe cecidit in ignem, & saepe in aquam, & ecce Spiritus apprehendit eum, b & quandoque cum corripuerit, lacerat eum, c & subito clamat, & discerpit eum cum spuma, b atque ille spumat, ac stridet dentibus suis, & arefcit. Et vix discedit ab illo, dilanians eum. a Et obtuli eum discipulis tuis, c & rogavi discipulos tuos, b & dixi discipulis tuis, h ut egerent, & non valuerunt, f nec potuerunt a eum sanare. Respondens autem b ei f Jesus dixit : O natio incredula f & distorta, quousque tandem ero vobiscum, c & eusque quo patiar vos? Adducite e illum c filium tuum a huc ad me. Et adduxerunt illum. c Cum adhuc autem accederet, b viso illo, contimud c laceravit illum demoniam, & h discerpebat illum, & prolapsus in terram, volvebatur spumans. Et interrogavit patrem illius : quantum temporis est, quod hoc accidit ei? At ille dicit : a puer. Et frequenter illum & in ignem abiecit, & in aquas, quo perderet eum. At age si quid potes, subveni nobis, misertus nostri. Jesus autem dixit ei : Illud si potes credere, omnia possibilia credenti. Et confestim exclamans pater pueri, cum lacrymis dixit, credo Domine, succurre incredulitati meae. Cum vidisset autem Jesus, quod turba simul ac-

b λέγων

βλέγων αὐτῶ, τὸ πνεῦμα τὸ ἄκαλον καὶ κωφόν, ἐγὼ
 εἶπεν αὐτῶ, ἐξέλθε ἐξ αὐτοῦ, καὶ μηκέτι εἰσέλθῃς
 εἰς αὐτόν. Καὶ κραζῶν, ἔ πολλα ἀπαράξαι αὐτόν, ὅτι
 ἐξήλθεν ἀπ' αὐτοῦ τὸ δαιμόνιον, καὶ ἐβόησεν ὡσεὶ νεκρὸς, ὥστε
 πολλοὺς λέγειν, ὅτι ἀπέθανεν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς, κρατήσας αὐ-
 τὸν τὸ κωφὸς, ἤγειρεν αὐτόν, καὶ ἰαζάμενος τὸν κωφόν, ὅτι
 καὶ ἀκούει, ἃ καὶ ἐθεραπεύθη ὁ κωφὸς ἐν τῷ ἔργῳ
 ἐκείνῳ. καὶ ἀπέδωκεν αὐτόν τῷ πατρὶ αὐτοῦ. Ἐξε-
 πλάσθησαν δὲ πάντες ὅτι τῆ μεγαλειότητι τοῦ Θεοῦ. ὁ
 καὶ εἰσέλθων αὐτόν εἰς οἶκον, ἃ τότε παρεστῆσαν οἱ
 μαθηταὶ, βραβεῖ τῷ Ἰησοῦ, ὁ πρῶτος αὐτὸν ἐκείνην ἰδίαν, καὶ
 εἶπεν, Ἄρα ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκκαλεῖν αὐτόν;
 ἃ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Ἄρα τὸ ἀπίσταν ὑμῶν.
 Αἰμῶν ὁ λέγων ὑμῶν, ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινα-
 πῶς, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τῷ, μεταθέσθην ἐντεῦθεν ἐκεῖ, καὶ
 μεταθήσεται. Καὶ ὁ δὲν ἀδυνατήσῃ ὑμῶν. Ἐτέρη δὲ
 ἐστὶν ἡ ἐν ἑστέρι ἐκείνη δύναμις ἐξελθεῖν, εἰ μὴ ἐν πνεύματι
 καὶ ἡγεῖται.

curreret, I increpavit f̄ Iesus I spiritum immundum, b
 dicens ei, Spiritus mude & surde, ego tibi impero, exi ab
 eo, & ne posthac ingrediaris in illum. Et cum clama-
 set, multumq; discerpisset eum, exiit e ex illo demoni-
 um, b & factus est tanquam mortuus, adeo ut multi
 dicerent, mortuus est. At Iesus correpta manu illius,
 erexit eum, c & sanavit puerum, b & surrexit, a &
 sanatus est puer in tempore illo. c Et reddidit illum
 patri suo. Stupebant autem omnes super magnificentia
 DEI. b Et cum esset ingressus domum, a tunc acce-
 dentes c discipuli b ejus a ad Iesum interrogabant
 eum e seorsim (&) dixerunt. e Quare nos non po-
 tuimus ejicere illud? a Iesus autem e dixit illis: a
 Propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vo-
 bis, si habeatis fidem sicut granum sinapis, dicetis mon-
 ti huic, demigra hinc illuc, & demigrabit. Nec quic-
 quam impossibile erit vobis. e Hoc a autem e genus
 nulla re potest exire, nisi per deprecationem & jejuni-
 um.

Periocha huius Historiæ.

Dominus Iesus biduum vel triduum à reli-
 quo discipulorum cœtu & à turba abfuit.
 Quia tamen rudibus se Doctorem datum novit,
 sicut etiam cœlestis vox modo proclamaverat,
 hunc audite: iccirco citra ulteriorem moram ad
 suos redit, ubi nova occasio sese offert exerendi
 divinam suam potentiam & majestatem, dum
 sanatur Lunaticum, quem discipuli in ipsius ab-
 sentia curare non poterant. Potest autem tota
 hæc historia commode in tres principaliores par-
 tes dividi.

I Prima principalis hujus historiæ pars, est de-
 scriptio Lunatici & sanationis ejus. In qua Gram-
 matici & Græcæ linguæ studiosi illustre possunt
 habere exercitium. Etenim peculiaribus voca-
 bulis utuntur Evangelistæ in illa descriptione,
 quæ multa monent, si rectè explicentur. Nos
 quædam, quæ ad institutum nostrum faciunt, de-
 scribimus. 1. Pater ipse de hoc suo filio dicit, *σε-
 ληνιαστής, est Lunaticus.* Lunatici autem medicis
 dicuntur illi, qui morbo comitiali sive çaduco la-
 borant. Sic verò dicuntur, quia existimant, eos
 qui interlunio nascuntur, potissimum hoc morbo
 divexari: vel etiam, quod ad motum lunæ mor-
 bus vel accedat vel recedat, prout virtute Lunæ
 humores cerebri vel augentur vel minuuntur.
 2. Hic verò accedit alterum malum, quod hic puer
 insuper habuit *πνεῦμα ἄκαλον, spiritum mutum.*
 Satanas enim illa corporis infirmitate abusus est,
 eidem suam miscens tyrannidem. Quando enim
 puer correptus fuit morbo comitiali, tum Satanas
 ipsum invasit, & quidem adhuc in tenera ætate.
 Hujusmodi sive siderum, sive naturalium rerum
 vicissitudines Satanas astute observat, ut dum il-
 lis calamitates nostras adscribimus, ipsius mali-
 tiam non caveamus, sed externis remediis inten-
 ti, preces & Dei auxilium negligamus. 3. Addit
 pater, καὶ κακῶς πάσχει, miserè affligitur. Nam revera
 hæc magna fuit miseria, quod quando parentes
 hunc suum filium remoto custode solum relinque-

runt, mox Diabolus eum abiecit in ignem, & in
 aquas, quo perderet eum. Magna hæc est Satanæ sæ-
 vitia erga miserum hominem: major tamen est
 Dei bonitas, qui licet justo suo judicio interdum
 Satanæ aliquid permittat, fræno tamen suæ po-
 tentiæ eundem coercet, ne ulterius, quam boni-
 tati divinæ visum sit, sæviat. 4. Quando spiritus
 ipsum corripuit, tum ῥήσασθαι αὐτόν. Hoc ego ita
 accipio, quod eum illiserit terræ. Nam ῥήσασθαι
 Eustachio & Varino sunt illi, οἱ σφοδρότερον πειρῶν
 ποσὶ παύοντες, qui terram pedibus vehementius
 concutiunt, ut Orchestæ. Et sanè videmus in il-
 lis, qui comitiali morbo laborant, quam misere
 interdum caput & alia membra terræ illidant, ita
 ut nisi alii pravenirent, non rarò cerebrum excu-
 terent.

Quid ergò Satanam hic fecisse putabimus?
 Matthi. 7. v. 6. tribuitur hoc verbum canibus ali-
 quid lacerantibus. Solent autem canes, si qua la-
 cerare velint, ea ore apprehendere, atque quaqua-
 verfum terræ illidere, an sponte sua dirumpere
 velit. Idem Satanas huic puero fecit. Tribuitur
 hoc verbum etiam fluctibus, qui litoribus illi-
 duntur cum sonitu. 5. *Subito clamat puer,* quod
 non mirum est, ex illa concussionè. Unde qui-
 dam colligunt, hunc puerum non semper fuisse
 mutum: Sed tantum certis temporibus, in-
 vadente eum Spiritu. Quo tamen tempore cla-
 morem vel sonum edere potverit, sed non articu-
 latum. 6. *σφάσασθαι αὐτόν, discerpit eum.*
 Quidam hæc duo verba ῥήσασθαι, & ἀπαράξαι in-
 ter se permutant, tanquam ejusdem significatio-
 nis. Sed ego prius illud de projectione in ter-
 ram violenta, & concussionè, hoc verò de ve-
 hementiore convulsione, quæ etiam spumam
 elicit, accipio. Usurpatur enim etiam de flu-
 ctibus maris, qui ad scopulos frequentius alli-
 si spumant, 1. Regum 1. v. 40. terra clamore con-
 cussa dicitur, ut findi vel dirumpi videretur: Sic
 miser hic puer à Satana disruptus est, & hætte
 bersten

besten mögen. 2. Regum 22. v. 8. & Psalm. 18. v. 8. usurpatur, cum dicitur, quod fundamenta montium commota sint & concussa. 7. ἀφείλεται, *spumat*. Hic est effectus precedentis illisionis & convulsionis. In vehementi enim membrorum corporis agitatione sudor elicitur: at quando spuma accedit, indicium est magnæ effervescentiæ omnium humorum in corpore. 8. ὁ ἄνεμος ἔσθληται, & *stridet dentibus suis*. Non loquitur de vulgari stridore dentium. Ibi enim Græci aliud habent verbum. Sed ἄνεμος significat ἰδιότητα καὶ ἐπιθυμίαν dolorosam & cruciantem vocem emittere, sicuti pulli hirundinum. Homerus utitur hoc verbo de animabus sive spectris nocturnis, quæ triste quippiam instar ulularum murmurant. 9. καὶ ἐξηραίνεται, & *arescit*, id est, sine sensu efficitur, impos factus omnium suorum membrorum, ex huiusmodi vexatione totus contabescens. 1. Reg. 13. v. 14. exaruit manus regis Jeroboami, quam extenderat, jubens apprehendere Prophetam Domini. Sicuti palmes arescit, quando à vite sua avellitur. Joan. 15. v. 6. 10. Tandem mali hujus continuam durationem insinuans dicit: *vix discedit ab ipso, dilanians eum, συντριβὴν αὐτῶν*. Usurpatur hoc verbum interdum in comminutione alicujus rei, quæ frustillatim fit, sicut Moses, Exod. 32. v. 19. *συνέτριψε* duas tabulas legis ad radicem montis. Sæpius tamen de contritione, quæ sit sine vulneratione vel fractione, ut Matt. 12. vers. 20. agitur de arundine conquassata. Et Jesa. 38. vers. 13. Rex Ezechias de morbo suo pronuntiat: quasi leo *συνέτριψε* contrivit omnia ossa mea, 1. Regum 13. vers. 26. leo invenit Prophetam verbo Dei inobedientem, & *συνέτριψεν αὐτὸν*, interfecit eum. Ut autem nunc Diabolus interdum homines conterit & divexat: sic Deus vicissim Satanam *συνέτριψαι*, conteret sub pedes nostros cito, Rom. 16. v. 20.

Ex hac nuda vocabulorum enumeratione potius quam enarratione apparet, quæ & quanta fuerint tum hujus dæmonii furor ac sævitia, tum pueri miseria. Qualia exempla Deus interdum nobis ob oculos statuit, ut nobis monstret gratias suas privativas, ut Veteres vocarunt, hoc est illa beneficia, quibus nos ab adversitatibus & miseriis præservat. Qua enim in re Deus noster debitor est præ puero isto, qui licet circumcissus, tamen à puero huic infortunio subjectus fuit? Unde patet, hunc puerum non enormibus aliquibus sceleribus, quæ in teneram illam ætatem non cadunt, commervuisse, ut sic Diaboli tyrannidi subjaceret. Sed originali peccato corruptus fuit, sicut nos omnes, proh dolor, sumus. Quod ergo Deus Satanæ furori non permittit, ut in omnes & singulos consimili ratione sæviat, illud divinæ bonitati acceptum feramus. Interim agnoscamus, natura ob peccatum originis eandem nostri omnium esse conditionem spiritualiter, quæ hujus pueri fuit corporaliter. Etenim spiritualiter pari modo grassatur in omnes, qui peccatis adhuc immergi Christum liberatorem nondum senserunt. Ut igitur huic puero infestus fuit Satanæ ab infantia: ita imperium suum in illis inde à nativitate exercet, ut figmenta cordis ipsorum prava sint ab ineunte ætate. Facit quoque, ut ad audiendum verbum Dei, sint surdi: ad

preces autem fundendas plus quam muti, adeo, ut ne ad cogitandum quidem aliquid boni sint idonei. Porro, qui huic hosti obambulant in cordibus suis paululum plus loci dant, illos mox peccatorum laqueis irretitos hinc inde lacerat, miserabili servitute premit, furiosis similes reddit, ut etiam impudentissimè designent, quæ cum naturæ legibus & sensu communi pugnant. Spumant intra animos suos libidinum pessimarum cogitationum: stridunt & fremunt affectus improbi, qui manus, pedes, & omnia membra impellunt, ut ad omne scelus præcipientes ferantur: In his omnibus autem hostis hic noster finem hunc unicum sibi propositum habet, ut nos perdat, quo arefcamus, & tandem, tanquam inutilia ligna, in ignem inextinguibilem conjiciamur.

Sed non satis est, miseriam pueri observasse, quin magis opera pretium præstat, qui notat methodum huic malo medendi. Hic rursus ordine singula expendamus. 1. Pater dicit Christo: *Magister adduxi filium meum ad te*, hoc est, eo animo veni, ut filium hunc meum, à malo Spiritu obsessum, abste curandum adducerem. Sed in tua absentia obruli illum discipulis tuis, & non valuerunt. O bone JESU, quot spiritualiter obsessi offeruntur sanctis, remoto Christo: Sed quales adducuntur, tales rursus abducuntur. Certum est, absente Jesu nihil à quoquam feliciter perfici posse. Hic enim solus est, qui DEI gratiam nobis impetrat: solus diabolum arceat & fugat: solus Spiritu sancto & necessariis viribus nos instruit. Absert autem Christus (ut ex hac ipsa historia colligere licet) quando vel propria fœcordia, vel peccandi licentia fidei lucem in nobis exstinguimus. Quisque ergo viderit, ut omnia sua negotia, sive illa sint Ecclesiastica, sive politica, sive œconomica, præsentem Christo per fidem auspicietur. 2. Deinde pater Christum præsentem humiliter ardentissimæ oratione compellat. Humilitatem in eo ostendit, quod *ingenua procidens, cum Dominum & Preceptorem appellat*. Ardorem in eo, quod exclamavit, & filii sui calamitatem in suam miseriam redundantem tam copiose & diligenter exposuit. In primis verò misericordissimum Domini animum eo ad commiserationem flectere studuit, quod filius hic, pro quo deprecaretur, & qui tristissimo hoc malo affligeretur, *unicus esset*. Hoc ergo est alterum medium, quo malis nostris remedium quærere debemus, seria & ardens precatio. Sed proh dolor, fere preces nostræ sunt frigidæ, nisi urgens aliqua necessitas nos premat, sicut hunc patrem: juxta illud Jesa. 26. v. 16. Domine, in angustia requisiverunt te, & quando corrigis eos, effuderunt orationem suam. 3. Quid ergo Christus rogatus facit? Jubet puerum *ad se adducere*. Non quasi absentem non curare potuisset, nec ut hominum applausum captaret: (nam postea accurrente turba mox eum sanavit) sed ut mali magnitudo adstantibus tanto melius innotesceret, & simul cognosceretur, quanta inter Christum & dæmones esset contrarietas. Scribæ enim & Pharisei semper Jesum calumniabantur, quasi ex commercio cum Beelzebub dæmonia expelleret. Hic verò coram visuri erant, Christi

stam & daemones extremè sibi invicem adversari, & proinde daemonia non ex collisione, sed plane invita recedere, si quando à Christo pellantur. Nam quamprimum puer in Christi conspectum productus fuit, protinus Satanæ crudelius & immanius furere cepit, illum quasi disceperere volens, ut in terram prostratus fœde, spumans *volvitur*. Magna hæc est Satanæ nequitia, quod quando Christum, se fortiorem, adesse intelligit, tunc maximè insanit. Sed nos hoc Satanæ ingenium notemus, ut quo violentior in nos is insurgit, tanto certius signum habeamus præsentia gratia Christi. Obijciunt nobis adversarii nostri contentiones, turbas, bella & alia mala, quæ nostro seculo, post exortum Evangelium, mundum premant: pacem autem, quæ sub Papatu floruerit, magnifice deprædicant. Non intelligunt miseri homines: tunc fortem armatum quietum sua possedisse, nec opus fuisse, dum nemo illum invadebat, ut multum tumultuaretur, Luc. 11. v. 21. Postquam autem ipsius idolomania & errores per verbum Dei in Evangelio oppugnari cœperunt, ibi demum omnes vires ad sui defensionem exeruit, sicque totum terrarum orbem turbavit. 4. Porro, quid Christus ad illam tantam Satanæ protervitiam, qui etiam in oculis ipsius miserum hunc puerum affligere non desinit? An non statim ipsi succurrit? Non. Sed prius cum patre colloquium instituit, interrogans, quanto tempore miseria hæc durarit. Pater respondet paucis: sed quia intempestivum ipsi videretur, jam de eo multum velle sermocinari, & interim opem, quæ summe necessaria sit, differre, colloquium abruptit, & exclamat. *At age, si quid potes, subveni nobis, nostri miseris.* Pater putavit, Christum, ut & Prophetas, finitam habere facultatem juvandi: maximè, quia modo viderat, Apostolos daemonium hoc ejicere non potuisse. Cumque hoc malum inveteratum esset, & videret, Diabolum in conspectu Christi immitius furere: quomodo credere potuit, Christum à Diabolo metui? Ideò dicit: *Si quid potes.* Nos verò hunc Christi morem notare dicamus, qui interdum, quando jam manum operi admoveat, nosque juvare vult: tamen interdum, quasi novum colloquium instituit, & remoram aliquam objicit, qua opem suam adhuc aliquantisper differt. Ibi nos cum Davide clamare incipimus. Psal. 70. v. 2. Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adjuvandum me festina. Item Psal. 13. v. 2. Usque quo Domine oblivisceris mei in finem? Usque quo avertis faciem tuam à me? Sed sciamus, Dominum nostri non oblivisci: sed tantum ad tempus differre opem, ut ea fiat illustrior. Est enim auxiliator in oportunitatibus, in tribulatione, Psal. 9. v. 10. 5. Quid ergò? Num ad hanc patris interpellationem statim Christus opem exerit? Neque adhuc. Hic enim est ille Dominus, cujus oculi fidem respiciant: cumque in hoc pueri patre exiguum adhuc deprehenderet, eam excitare voluit, antequam ope sua ipsum dignaretur. Ideò ipsi dicit: *illud si potes credere.* Quasi diceret: Ego quidem possem filium tuum sanare: si modo tu asserres fidem hujus beneficii capacem. Plus tamen quasi fidei patris, quam suæ potentia tribuit. *Omnia enim possibilia cre-*

Harm. Tom. I.

dent. In Christo est plenitudo salutis nostræ tam corporalis quam spiritualis: modo afferamus nos fidei manum, qua beneficia illa acceptamus. Et sæpenumero fidei angustia in nobis obstant, quo minus abunde in nos gratia DEI descendat, Ideò dicit Psal. 81. v. 11. Dilata os tuum, & implebo illud. Ad hoc Christi interrogatum mox cum lacrymis respondet pater pueri: *Credo Domine, succurre incredulitati meæ.* Magnæ ingenuitatis est, quod luctam fidei & diffidentia in se non dissimulat. Invenisses, qui in tali calu pleno ore fidem professuri fuissent, qua tamen destituerentur, quasi divinam sapientiam mendacibus verbis fallere possent. Sed hic ingenue agit. Quia sentit se infirmiorum esse quam par sit, preces eo ardentius intendit, suam imperfectam fidem discretè confitetur, & Christi opem, ut huic medeatur, implorat. *Credo,* inquit, non ex arrogancia, nec falso, sed quia fidei scintillas aliquas in se gliscentes sentit, quæ de benefica CHRISTI voluntate & divina virtute bene sperare jubebant. Interim diffidentia malum, quo infestabatur, & quod Scribæ suis disputationibus in ipso excitant, non dissimulat, sed Christum, ut sibi subveniat, invocat: *Succurre incredulitati meæ.* Incredulitatem vocat: quia in infirma fide semper aliquid incredulitatis inest. Optat itaque Dominum sua bonitate & potentia supplere, quod suæ fidei desit, ut nihilominus voti sui compos fiat. Hanc ingenuitatem & nos imitemur. Nullus enim nostrum ea fidei perfectione præditus est, qua debebat: omnes magna infirmitate laboramus. Tantum eam agnoscamus, contra diffidentiam luctemur, ad CHRISTUM medicum confugiamus: & ipse ignoscet, nosque juvabit. Nam quod benignissimus hic Dominus etiam imperfectam fidem non rejiciat, illud jam ex hac historia patebit. Etenim sextò, postquam fidei confessionem ex hoc homine elicit, non diutius eum suspensum tenuit, ne supra vires tentaretur: Sed magna cum auctoritate rem aggreditur, & quidem tanta, ut vix majori unquam usum legamus. Nam primo cum turba undequaque conflueret, ut in re nova fieri solet, ipse *daemonium increpavit*: ut se ejus hostem ostenderet. Et quid hoc verbum *ἄριστος* complectatur, supra cap. Harm. 38. ubi de socru Petri febricitante agitur, expositum est. Ex his duobus verbis *ἄριστος* & *ἄριστος* in ejectione daemionum Christum potissimum usurpasse, ex Evangelistis notum est. Cum indignatione ergò ipsi dicit: *Spiritus mute & surde*: sic eum vocat ab effectis. Hunc enim puerum mutum & surdum effecerat. Ac proinde ipsi indignabatur, ut pote ei, qui creaturas ipsius perderet. Quomodo enim Christus non posset non irasci communi humani generis hosti, & durius cum ipso agere: cum propterea in mundum venerit, ut nos ex ipsius potestate vindicaret? Tandem ergò dicit: *Ego tibi impero.* Ergò propria auctoritate ipsum oppugnat, ut sic se promissum mulieris semen esse, quod Diabolo caput contriturum esset, demonstraret. Quid verò imperat? *Exi ab eo, & posthac ne ingrediaris in illum.* Duo ipsi præcipit. Unum ut exeat: alterum, ut ne amplius in eum reverta-

N n n n 4

verta-

vertatur, sicut antehac per intervalla fecerat. Vult enim Christus suum beneficium non esse temporarium, sed perpetuum. Atque sic plus præstat, quam pater pueri postularat. Ita enim puero succurrit, ut nullum in posterum diabolo imperium in puerum relinquat. Sic solet Christus credentibus majora dona dare, quam ipsi petere audent. 7. Quid verò Diabolus ad hanc Christi increpationem? Ut reipsa ostenderet, quod invitus ex suo hospitio cedat, & quod mallet puerum cruciare, quam Christo imperanti obtemperare, prius horrendum exclamavit, & multum puerum discepit, adeo ut pro mortuo puer haberetur, antequam ex eo exiret. Cedere tamen coactus fuit. Quam ægrè autem hinc discessit, tam ægrè & difficulter ipsum abigi posse sciamus, si quando inveteratis pravis cupiditatibus mentem alicujus occupavit. Iccirco etiam in istiusmodi casibus verbi ministri acerbis increpationibus uti debent. Sicuti Paulus præcipit 2. Tim. 4. v. 2. Prædica sermonem, in ista tempestate, intempestate, argue, *ἑρτιμύτων* objurga, exhortare cum omni lenitate & doctrina. 8. Cæterum, Christus permisit, ut Diabolus hanc sævitiam exerceret, non tam ut omnibus palam fieret, quæ Diaboli malitia, & quodnam nocendi studium in ipso esset, quam ut ipse contra suam potentiam & bonitatem, qua ab omni dæmonum malo suos liberare possit, declaret. Nam manu correptum ipsum erexit, sicque eum, de quo jam desperatum erat, sanavit, ut non sensum viribus restitueretur, sed subito convalesceret, ac si nihil unquam nocenti à Diabolo tulisset. Et licet puerum hunc in posterum suo servitio jure optimo adjicere potuisset: tamen id non fecit, sed patri suo reddidit. Verè reddidit patri, quia Diabolus eum hæcenus suo patri subtraxerat, suumque quasi mancipium fecerat. Jam verò demum rursus fit patris filius. 9. Effectus denique miraculi additur. *Stupebant omnes super magnificentia Dei.* Agnoscunt nimirum in Christo virtutem humana majorem: & vocant *magnificentiam Dei*, quod malum tam firmum & diuturnum tam cito, sola increpatione & contactu perfectè sublatum esset. Particula autem *omnes*, etiam Scribas complectitur, qui modo discipulis insultarant, & lætabantur, sibi plausibilem occasionem oblatam esse, qua miracula Christi contemnerent. Jam verò stupent & ipsi, nec divinam virtutem negare possunt in eo, quem modo pro impostore proclamarant. Sic CHRISTO facile est, ut subito hostes suos confundat, qui sibi nihil ad plenam victoriam deesse arbitrati erant.

In hisce verò omnibus nobis spiritualis nostræ liberationis ex regno Satanæ typus luculenter adumbratur. Ut enim hic hujus patris filius à puero à Satana infestatus fuit: ita nos Adami filii nos in peccatis conceptos & natos, atque inde ab ineunte ætate in regno Satanæ esse non ignoramus. Ex hoc si liberari velimus, ante omnia necesse est, ut ad Christum adducamur. Hic enim unicus est totius humani generis vindex. Adducimur autem ad eum, non corporaliter aut mundano modo:

sed quando in Ecclesia ipsi, sive ad auditum verbi, sive ad usurpationem sacramentorum sistimus. Viderimus autem, ne sistamus Ecclesie vel eius ministris absente Christo: quod non tantum fit, quando propria fœcordia vel incredulitate Christo operaturo obicem ponimus: sed etiam, quando loco veræ Ecclesie Christi, apostaticam vel malignantium Ecclesiam adimus. Quis credit, Christum Pontificie Ecclesie adesse, cum hæc ipsum à se relegarit, ipsiusque loco Vicarium Pontificem substituerit? Quis item credit eum Calvinianæ Ecclesie adesse, cum mordicus contendat, Christum tam procul abesse, quam procul absit summum cælum ab ima terra? Ipsum enim cælo capi oportere, Act. 3. v. 21. ubi ad terram patris, in certo aliquo loco, vel cælestibus gaudiis fruatur, vel cum multis sanctorum millibus spatietur. Ad hos se deduci patiat, quicumque voluerit. Nos scimus & credimus, Christum Jesum nostro Verbi & Sacramentorum ministerio adesse omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi, Matth. 28. v. 20. In eo non tantum nostri miseretur: verum etiam hosti huic nostro indignatur. Et quemadmodum olim passione sua atque mortis merito regnum ipsius subvertit: ita quotidie illum adhuc in verbo suo increpat, & ne iterum regnum in nobis obtinere possit, obstat. Non libenter quidem cedit hic hostis, sed reluctatur: verum Christus vel invitum pellit, & si quas inter cedendum turbas movet, illas divina sua virtute rursus sedat atque componit. Tantum nos viderimus, ne postquam semel cessit, ignavo otio torpeamus, unde ille in hospitium suum redire possit. Ex quo novissima pejora fierent primis, Luca 11. v. 26. sed semper vigilemus, precibus & pietatis studio viam ipsi præcludamus: & sicubi nos imbecilliores esse sentimus, Christi opem imploremus, maximè omnium autem operam demus, ut carne sua, (quod fit in Sacramento altaris) nos attingat. Cum enim caro ipsius verè vivifica sit, nobis etiam vitam communicabit, & Satanam mox sub pedibus nostris conteret, Rom. 16. v. 20. Amen.

II. In secunda parte hujus historiae observanda venit insidiosa Scribarum disputatio. Nam quoties antehac cum Christo congressi erant, semper confusi fuerunt. Nunc ergo in absentia Christi Apostolos rudiores suis disputationibus adoriuntur, sperantes se occasionem nactos, Christi & Apostolorum ministerium traducendi. Et circumstantiæ ostendunt, quænam materia disputationis fuerit. Cum enim Apostoli tentarent expellere dæmonium, nec ipsis succederet, ceperunt in præsentia turbæ suggillare miracula Christi & Apostolorum: & per suggillationem miraculorum ipsam doctrinam Christi suspectam facere contenderunt. Objecerunt: Miracula vestra non fiunt divina virtute. Divina enim virtus nunquam impediri potest: semper se exercit. Cum ergo hic impediatur, non est divina. Sed sicut nostri exorcistæ dæmonia ejiciunt virtute Beelzebub: ita vos illis similes estis. A miraculis postea progressi sunt ad doctrinam. Sunt enim miracula sigilla & testimonia doctrinæ. Cum-

Cumque miracula diabolica esse affererent, idem de doctrina pronuntiarunt. Sic ergo Apostoli quasi ludibrio habiti sunt à Scribis, qui hoc unicum quaesiverunt, ut Christum populo suspectum & invilium redderent, sicque omnes ab illo alienarent.

Unde Christus postea tam aspere in eos invehitur: *O natio incredula & distorta*: Præ se ferunt hi Scribæ imaginem impiorum aistorum, qui quovis tempore veritatem cœlestis doctrinæ oppugnant. Quando veritatem apertè & directè negare non possunt, tunc aliunde aliquid conquirunt, quo illam vulgò suspectam & invilium reddant. Scribæ veritatem Evangelii Jesu CHRISTI ex Scripturis refutare non poterant. Nunc ergo arripiunt, quod vident Apostolos desitui virtute miraculorum, qua antea instructi erant, & ex eo Evangelium Christi annihilare nituntur. Pravi quoque hi homines suis suggillationibus & calumniis, ad tempus plus proficiunt, quam prosit. Dico autem, ad tempus: quia quamprimum Christus intervenit, mox nebula illa calumniarum dispelluntur, sicuti ex hac historia manifestum evadit. Diabolo certè hæc Scribarum disputatio valdè fuit grata, & jucundissimum ipsi spectaculum præbuit, hac siquidem ratione regnum suum in hoc puero retinuit, tamdiu donec Christus vi ipsum expelleret, & momentaneum hoc ipsius gaudium vastaret. Deinde Scribæ in Apostolis fidem infirmarunt: ob quam incredulitatem ipsi dæmonium ejicere non potuerunt. Quin & patris pueri fides hæc disputationibus non leviter fuit concussa. Populus denique omnis quasi attonitus adsistit, rei eventum expectans. Nec legitur de quoquam ex illis, qui Apostolorum causam tuendam suscepisset: fortassis omnes Apostolos neglexissent, nisi Christus improvisus intervenisset. Eiusmodi ergo calumniatores, qui per indirectum veritatem adoriuntur, fugiamus. Eiusdem artificii pergnari sunt Jesuitæ, qui vel ministrorum Evangelii ipsius odiosè carpunt, vel auditorum flagitiosam vitam nobis exprobrant, quasi hi fructus essent nostræ doctrinæ. Sed quando talia audimus, horum Scribarum meminerimus, qui sua protervia Apostolis Domini aliquantisper negotium facefferunt, sed mox confusi conticuerunt: sic nec nos dubitemus, quin Jesuitæ eandem cum his Scribis mercedem, nisi resipuerint, à Christo sint accepturi.

Interim populi mobilitas & inconstantia obiter notanda. Dum Christus abest, facile permittunt, ut Apostoli à Scribis exagitentur & vexentur. Quamprimum verò Christus improvisus suis adest, initio quidem *obstupescunt*, conscientia ipsis dictante, quod Apostolos in illo certamine perperam deseruissent. Mox autem postquam animos recollegerunt, *ocurrunt & salutant eum*; in reverentia testimonium. Est hoc mundi ingenium, & eorum, qui in religionis negotio mundana potius commoda, quam Dei gloriam, vel animæ suæ salutem quarunt. Si videant, sinceris verbi ministros undique ab impiis peti, & superiorum ope vel defensione destitutos esse, &

ipsi eos negligunt, & vel neutrales eventum rei expectant, vel etiam, ut hostibus gratificentur, improbè ipsi insultant. Si verò Deus ipsis rursus propitius affulget, protinus & ipsi vela ad ventorum flatum mutant, initio quidem ad subitam mutationem stupent, mox autem serviliter rursus adulantur illis, quibus prius hostiliter insultaverant. Nimis verè ergo Phocylides dixit:

Ne populo fidas: populus mutatur in bonas.

Et alius:

Callitur & fallit, vulgi qui pendet ab ore.

Hei nihil infide fas quemquam fidere turba.

Nullus enim Euripus tam varias agitationes habet, quantas vulgi instabilis voluntas.

III. Tertia principalis pars hujus historiae est, quod disputantibus Scribis, gemente patre Lunatici, & Apostolis mirantibus, quod hoc dæmonium ejicere non possent, Christus uno verbo ostendit, ejus causam esse infidelitatem. Hanc autem triplicem facit. Alia est enim infidelitas contumaciæ, ut in Scribis: alia est infirmitatis, ut in patre Lunatici: alia est securitatis & oscitantia, ut in Apostolis, quorum fides vera quidem erat, sed securior & frigidior, nec ardens & excitata.

Et jucundum est, observare, quomodo hæc genera infidelitatis describantur: quæ remedia singulis opponantur: quibusque adminiculis fides, sive infirma, sive otiosa, excitanda doceatur. Aliter enim Christus in hac historia tractat Scribas obstinatos: aliter patrem rudem & infirmum: aliter discipulos securos quidem, sed tamen dociles.

In genere igitur incredulitas Apostolorum, patris, turbæ, Scribarum, obstitit, ne miraculum hoc edi posset. Quemadmodum etiam Nazarethanorum incredulitas obstitit, Matth. 13. v. 58. quo minus Christus apud ipsos multas virtutes ederet.

Ex hac verò parte generatim hoc discamus. Ex *aversa* sive incredulitate & diffidentia duplicia ad nos redundare mala. Primo enim per diffidentiam regnum Diaboli vel maximè stabilitur: deinde eadem nobis in rebus nostris maximam remoram injicit, ut minus proficiamus, nec optatum successum habeamus. Si qui ergo se parum in vocatione sua proficere sentiant, de hac doctrina Christi cogitent, in seiplos descendant, & considerent, utrum etiam bona & iusta fide agant. Ut enim fides nos DEO conjungit, & in Christo fortes reddit, ut in ipso cum Paulo omnia possimus, Phil. 5. v. 13. ita incredulitas à Christo planè abstrahit, illius spiritu nos privat, sicque Satanæ insidiis nos totos expositos reddit, ut live res secundæ fluant, sive adversa nos premant, in neutro verum scopum contingere queamus. Latè patet hæc doctrina & singulis ordinibus hominum imò singulis hominibus, hodie accommodari potest. Queruntur verbi ministri, se parum apud

audito-

auditores proficere docendo, monendo, hortando: queruntur etiam Rerumpublic. gubernatores, se parum apud subditos proficere, leges honestas promulgando, scelera prohibendo, vitæ honestatem plantando, queruntur denique patresfamilias, se parum proficere, liberos & familiam instituendo, victum procurando, rem familiarem promovendo. Sed nullum est dubium, quin si singuli penitus in seipsos condescenderent, deprehensuri essent, se non ea fide in officio suo versari, qua debebant. Et in aliquibus non tantum Theologica, sed & politica fides deficit. Quid ergo mirum, DEUM suam benedictionem subtrahere, & tales optato successu destitui? Fideles sint singuli in sua vocatione Deo & hominibus, & Deus prosperum successum largietur. Sed audiamus etiam, quomodo Christus in hac historia singulos ob diffidentiam suam tractet.

1. Scribis ex contumacia peccantibus, suisque disputationibus fidem tam in seipsis, quam in aliis extinguentibus, dicit: *O natio incredula & distorta, quousque tandem ero vobiscum & usque quo patiar vos?* Dura profecto & aspera vox ejus, qui propter peccatores in mundum venerat, ad quam revera Scribæ contremiscere debuissent, quod tædium suum inter illos versandi disertè protestatur. Necesse profecto est, ut magnum quid sit, quod ipsum promoverit, ut ab ipsis discedere exoptet, & veterem illam suam querimoniam, Jesaia 3. v. 14. laboravi sustinens, repetat. Causam ipse exprimit, dum vocat *nationem incredulam & distortam*, apud quam nihil proficiat, utcunque diu inter ipsos maneat. 1. Est *incredula*, quæ neque doctrina neque signis expugnari aut corrigi possit, ut fidem concipiat. 2. Est *distorta* & perversa, quæ nullis legibus se in ordinem redigi pariat. Desumptum hoc est, ex Deuter. 32. vers. 20. ubi Moyses hæc Epitheta tribuit Israelitis, qui per quadraginta annos integros, nec lege Dei, nec stupendis miraculis adduci potuissent, ut secundum voluntatem Dei vitam suam instituerent. In Hebræo est verbum פה, quod significat anteriorem partem in posteriorem, vel imam in superiorem vertere. Ein Ding ganz verkehren / wie ein gehohlet Holz / das sich entwirrft / und zu nichts nutz ist. Et hoc quidem modo Christus in præsentia cum Scribis agit. Postea Matth. 23. diutius cum ipsis ager, ubi horrendum Væ ipsis denunciabit. Donec tandem totos illos deserat, & Diabolo, cui servierunt, tradat. Sic ergo Christus suo exemplo nos docet, cum illis, qui contumaciter fidem oppugnant, aut ei reluctantur, nequaquam leniter agendum esse. Neque enim lenitate quicquam apud eos proficitur: & eorum exemplo etiam alii inficiuntur, ut nisi his severe resistatur, ipsi quoque in fide vacillare incipiant.

2. Pater Lunatici quoque laborat incredulitate, sed non ex malitia, verum infirmitate: quia Scribæ fidem, quam de Jesu potentia & bonitate ex fama conceperat, suis disputationibus turbant. Ideo Christus non adeo aspere ipsum excipit: sed blandis verbis ad fidem invitat: *si tu potes hoc credere. Omnia enim fieri possunt credenti.* Christus fidei tantum tribuit, quantum suæ potentia, idque ea de causa, ut sic fidem in corde hujus hominis plantet. Fides enim est

ex auditu. Roman. 10. vers. 17. Sic ergo infirmi in fide sunt assumendi, non autem disceptationibus cogitationum turbandi. Roman. 14. vers. 1. Nec frustra Christus toties fidem in Evangelio commendat, quod agris dicit, fides tua te salvum fecit: sed facit id hoc sine, ut tanto felicius eam in corde nostro plantet. Ita dicit Marc. 11. vers. 24. Omnia quaecunque orantes petitis, CREDITE, quia accipietis, & evenient vobis. Hæc autem virtus fidei non dependet ex ejus dignitate, sed ex veritate promittentis. Quis enim princeps præcepit servo suo, ut aliquid abs se peteret, & non impetravit? Quomodo ergo immutabilis DEI veritas quicquam promitteret, quod non præstaret? Ideo Jacobus dicit, cap. 1. vers. 6. Qui orat, postulet in fide, nihil hæsitans. Qui enim hæsitat, similis est fluctu maris, qui à vento movetur & circumfertur: non ergo astimet homo ille, quod accipiat aliquid à Domino. Media ergo, quibus infirma fides roboratur, sunt ex parte ministrorum exhortationes & commonefactiones, ut homines sint fortes in fide, ut aliorum exempla, qui Dei operam ferunt, intueantur: ex parte autem afflictorum sunt pii gemitus & suspiria ad Deum, ut ipse succurrat nostræ infirmitati.

3. Super sunt Apostoli, qui mirantur, quod ipsi dæmonium ex Lunatico puero expellere non potuerint, cum tamen Dominus ipsis antehac Matth. 10. vers. 1. potestatem in immundos spiritus & omnis generis morbos dederit. Primum itaque Dominum in domo adeunt, & quid obstisset inquirunt. In se enim rei illius culpam minimè hædere putant, siquidem in fide se sufficienter instructos esse sibi persuadent. Est hic communis omnium hominum morbus, quem inde ex primis parentibus hausserunt, quod quando in re aliqua deficiunt, mox Translatione culpæ utuntur; causas mali non in seipsis, sed in aliis quærentes. At verò Christus ipse disertè ipsis respondet: *propter incredulitatem vestram non potuistis.* Nam vos ipsi, qui tanto tempore mecum fuistis, in fide non tantum profecistis, quantum debebatis. Hic verò quæritur, an Christus loquatur de fide justificante, quæ communis est omnibus verè Christianis: an verò de fide miraculosa? Respondet. Rescè quidem alias hæc duæ species fidei distinguuntur: sicut ipse Paulus id facit. 1. Corinth. 13. vers. 2. & 13. Sed hic de utraque conjunctim accipi potest. Nam & Apostoli utraque fidem à Christo donati fuerant. Verum in hoc certamine cum Scribis perfunctorie fide sua usi videntur. Christus autem vult, quando Deus plusculum permittit Satanæ, tum non superficiali fide, sed ardente, cum ipso congregiendum esse.

Hic verò poterat quispiam in fide infirmior objicere: Quis ergo quoad fidem unquam poterit Deo satisfacere, si etiam Apostoli incredulitatis arguuntur? Hi certè, omnibus relictis, CHRISTUM secuti sunt: cum eo, in omnibus tentationibus ipsius permanerunt: & nuper adeo splendidam fidei confessionem ediderunt, ut Christus Petrum eo nomine beatum pronuntiaret. His Apostolis fortassis ego nunquam similis evadam. Ergo & ipse incredulitatis insimulabor? Contra hanc objectionem attendamus nunc Christi responsum, qui dicit: *Amen dico vobis, si*

his, si habeatis fidem, sicut granum sinapis. In grano sinapis utrumque, & quantitas & qualitas est consideranda. Quoad quantitatem, inter omnia semina ipsum est minimum. At quoad qualitatem, habet vehementem acrimoniam & ferventem efficaciam: in terram etiam projectam ex semina magnam producit arborem. Sic quoad fidem, DEUS non est adeo morosus, ut quantitate magnam & ingentem fidem requirat. Novit enim quale figmentum simus, Psalm. 103. vers. 14. & quod dum in carne vivimus, imperfectioni simus obnoxii. Contentus itaque est modica fide, modo illa sit vera, vivax, acris, & fervens instar grani sinapis, nec sit frigida aut mortua. Si talem fidem habeant Apostoli, dicit ipsis Christus, tum dicitis monti huic, demigra hinc illuc, & demigrabit. Hic disputant interpretes, quando & ubi Apostoli montes transposuerint? Et alii quidem putant id nunquam factum esse: alii vero factum id, sed non annotatum esse: alii allegant ex Eusebii histor. Eccles. libr. 7. cap. 25. exemplum Gregorii Episcopi Neocæsariensis. Sed sciendum, Christum hæc non eo dixisse, ut stultis carnis nostræ votis fræna laxaret, quasi quicquid in mente conceperimus, protinus actu compleri debeat, si modo fidem instar grani sinapis habeamus. Sicuti furiosus Munzerus miseris rusticis persuasit, se monti imperare posse, ut ad se accederet. Cum autem satis diu otiosus desedisset, nec ad ipsius imperium mons advenire vellet, mutato proposito rusticis dixit: Agite, quandoquidem non venit, humiliemus nos nos ipsos, & ad montem accedamus. Hisce nugis nequaquam Christus ansam dare voluit. Sed quia fides est ex auditu: ideo habet ea regulam verbi. Et quæ juxta verbum ex fide fiunt, illa perficiuntur. Christus ergo more Hebræorum unum impossibile factum, nimirum montium transpositionem, exempli loco allegat, & ex eo concludere vult; fidem veram non tantum præsentibus mediis res suas aggredi, sed etiam, ubi media desunt, progredi. Ideo addit: *nec quicquam impossibile erit vobis.* In Græco est verbum *adovareu*, cujus verus intellectus ex usurpatione LXX. interpretum in Veteri Testamento desumi potest. Usurpatur autem communiter de miraculis, quæ rationem superant, & supra communem naturæ ordinem fiunt, nec ulla arte vel facultate humana fieri possunt. Sic Genes. 18. vers. 14. de Deo dicitur, quod ipsi non sit impossibile sterilem anum, Saram, fecundam reddere. 2. Par. 14. vers. 11. Aza rex dicit, DEO non est impossibile, sive in pluribus, sive in paucis auxiliari. Deuter. 17. vers. 8. accipitur de causa difficili & obscura, quam inferiores judices non dirimere possunt. Hinc rectè intelligitur, quomodo credenti omnia sint possibilia, & nihil impossibile. Nimirum, non quod curiositati humanae sit indulgendum: sed quod, quæ ardua sunt & supra possibilitatem humanam posita, Deus credentibus sit largiturus.

Denique quærat quis, cur illa sententia sit adjecta: *hoc autem genus nulla re potest exire, nisi per deprecationem & jejunium.* Posset enim quis existimare, Christum sibi ipsi contradicere ac proinde objicere: Si fidei omnia possibilia, ad quid ergo requiruntur preces & jejunium? Sed si at-

tendamus cum quibus Christus hic agat, tum res erit plana. Agit nimirum cum Apostolis, qui non caruerunt omni fide: & tamen dæmonium ejicere non poterant. Ratio fuit: quia tunc fides ipsorum torpebat. Dicit ergo Christus, *hoc genus dæmoniorum.* Quodnam est illud genus? Num hæc dæmonia lunatica, ut aliqui opinantur? Aut: An dæmonia contumaciora & ferociora? ut aliivolunt. Equidem alia dæmonia aliis nequiora & deteriora esse, ipse Christus testatur Luca 11. vers. 26. Sed hic intelligit, quando Satanas invaluit diuturna possessione, & ex Dei permissione atrocius grassatur, tum non sufficere perfunctoriam fidem, sed opus esse fide viva, ardente, efficace. Hanc vero, ut talis sit, excitandam esse *precatione*, Oratio enim flabellum est fidei. Rursus ne oratio sit frigida, eam excitandam esse *jejunio*. Jejunium ergo per se nihil facit ad expulsionem Satana: sicuti hypocrita & impij semper sua jejunia coram Deo jactant, ut Jesaia 58. v. 3. & alibi. Sed Christus talem gradationem tradit, qua jejunium excitat orationem, oratio acuit fidem, fides autem virtute Christi dæmonia expellit. Christus itaque hoc in loco non dicit Exorcistas Jesuitas, quomodo dæmonia expellere debeant. Quicertas suas habent preculas, & Exorcismos, cum superstitiosis jejunij, quæ certo ciborum delectu constant. Sed omnes Christianos docet, quænam sint legitima media, quibus fides torpens, languida, & tantum non dormiens sit excitanda. Ex hac Christi commonefactione Apostoli didicerunt, ut postea Luca 17. vers. 5. ipsi quoque precarentur: Domine, adauge nobis fidem. Et in Actis jejunarunt atque orarunt, ut sic fidem in seipsis excitarent. Interim si qui ratione officij ad dæmoniacos vocantur, caveant, ne multum cum Diabolo disputent, sed graviter ex verbo Dei eum increpent, precibus indefinenter instent, donec virtute Dei pellatur. Et merito hic probamus Origenis sententiam, quicquid scribit. Hoc genus non ejicitur nisi in jejunij & orationibus, & si aliquando oportuerit nos circa curationem tale quid patientium permanere, non adjuremus, neque interrogemus, neque loquamur, quasi audienti spiritui immundo, sed permanentes in orationibus & jejunij impetremus patienti salutem à Deo, & abigamus jejunij & orationibus nostris malignos spiritus.

Habent hicaliqui Allegoriam, quæ quia factis venusta & pia est, eam etiam apponemus. Lunaticus hic dæmoniacus representat nobis ejusmodi hominem, qui peccatis vel à teneris vel à multis annis assuevit, & per horarum momenta ad vitia abripitur. Talis, si maximè interdum propositum bonorum operum ei obrepat, ita ut sanus esse videatur: tamen mox quasi abreptione spiritus rursus ab animi passionibus comprehenditur, & misere divexatur. Unde de statu bono, in quo stare videbatur, cadit, modo in ignem, modo in aquam, hoc est, in planè contraria vitia. De his Syracides dixisse videtur cap. 27. vers. 13. Stultus ut Luna mutatur. Tales etiam plerunque sunt surdi, ut cœlestem doctrinam, quæ ad meliora eos revocare poterat, non audiant: sunt etiam muti, ut DEI opem nullis precibus implorent. De his Scribæ dubitare & dispu-

& disputare poterant, utrum etiam Apostoli seu verbi ministri eos sanare queant. Sed, utut sit, piorum ministerio & opera sunt adducendi ad Christum, cui nullum, quantumvis grave & in naturam verum malum est immedicabile. Ad Christum autem adducti, conturbari & dilaniari incipient, exorta nimirum lucta inter spiritum & carnem, illo respicere cupiente, hac ad solita vitia ipsum revocante. Verum hac lucta nihil moti,

apud Christum perdurent; fide, precationibus & jejunio cum vitis certent, omnipotenti Christi manu sic curabuntur, ut peccato & mundo mortui ad novitatem vitæ relurgant. Christi autem manu erecti ipsi quoque surgant, hoc est, iustitiam vivere incipiant, & caveant, ne gratiam DEI in vanum receperint. 2. Cor. 6. vers. 1.

CAPUT XC.

CONTINENS HISTORIAM, QUOMODO JESUS LATENTER GALILÆAM TRANSIERIT, ET DE PASSIONE SUA CONCIONATUS SIT. MATTH. 17. v. 22. MARC. 9. v. 30. & LUC. 9. v. 43.

RATIO ORDINIS.

DE ordine horum ad præcedentia nulla potest esse quaestio, cum omnes tres Evangelistæ in ordine consentiant. Post sanationem enim Lunatici, turbæ ad memoriam sibi revocantes omnia CHRISTI miracula, cœperunt gloriosius de ipso prædicare. Sed Christus relictis turbis, cum solis Apostolis, per Galilææ loca celeriter, latenter, & quasi in transcurso

(ea est enim emphasis verbi *καπερναύεω*) Capernaum usque transibat. Appropinquante enim tempore passionis, hoc est, summæ exinanitionis, externam celebritatem fugit, ut sic omnia ad exinanitionem convenirent. Illum etiam secessum ideo delegit, ut Apostolos in eo mature de passione instituere posset, quos illo vulgi applausu delectari videbat. Proinde ipsis rursus de passione sua concionatur.

HISTORIA TRANSITUS PER GALILÆAM, ET CONCIO DE PASSIONE CHRISTI.

MATTH. 17.

22. Αναστρεφόμενων ἡ αὐτὸν ἐν τῇ γαλιλαίᾳ, εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· μέλλει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων.
23. Καὶ σκοπεύουσιν αὐτὸν καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθήσεται. Καὶ ἐλυπήθησαν ὡς ὄφρα.

22. Cum autem versarentur in Galilea, dixit illis Jesus: Futurum est, ut filius hominis tradatur in manus hominum.
23. Et occidetur eum, ac tertio die resurget. Et mirati sunt vehementer.

MARC. 9.

30. Καὶ ἐκείθεν ἐξελθόντες παρεπερεύοντο διὰ τῆς γαλιλαίας, καὶ οὐκ ᾔδειν, ἵνα πᾶς γινώσκῃ.
31. εἶδασκε γὰρ ὅτι μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ἐλεγον αὐτοῖς, ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, καὶ σκοπεύουσιν αὐτὸν, καὶ σκοπεύουσιν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται.
32. Οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα, καὶ ἐφοβῶντο αὐτὸν ἐπερωτήσαι.
33. Καὶ ἦλθεν εἰς καπερναοὺμ.

30. Et illinc digressi iter fecerunt per Galileam; nec volebat, ut quisquam sciret.
31. Docebat enim discipulos suos, & dicebat illis: filius hominis tradetur in manus hominum, & occidetur eum, & occisus tertio die resurget.
32. At illi ignorabant verbum, quod dixerat, & timebant eum interrogare.
33. Et venit in Capernaum.

LUC. 16.

43. Πάντων τῶν ᾄσματων ὅτι πάντων οἷς ἐπέστησεν, εἶπε πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ.
44. Ἴδετε νῦν εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν τὰς λόγους τούτους, ἵνα οὐκ ᾔδειτε ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλλει παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων.
45. Οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα τοῦτο, καὶ ἡ καρδία αὐτῶν ἠγεῖτο, ἵνα μὴ αἰσθάνωνται αὐτῶν. Καὶ ἐφοβῶντο ἐρωτήσαι αὐτὸν περὶ τούτου ῥήματος.

43. Sed omnibus mirantibus super omnibus, quæ faciebat, dixit ad discipulos suos.
44. Ponite vos in auribus vestris sermones istos. Filius enim hominis futurum est, ut tradatur in manus hominum.
45. At illi ignorabant verbum istud, & erat absconditum ab illis, ut non intelligerent illud. Et timebant eum interrogare de hoc verbo.

HAR-